



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 131. Scriptorum Catholicorum decessus & opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVI. tes sæculares celebrarentur, postea
 A. C. 1656. Alexandri VII. Pontificis mentem de
 vigesima tertia Maji declaratum, quod
 Facultas absolvendi ab hæresi in Jub
 læis, vel aliis similibus concessionibus
 non censeatur comprehensa, nisi præ
 cisus verbis concedatur: die autem de
 cima Junii Sacra Rituum Congregatio
 decidit, quod Capellanus Curatus in
 tione stolæ in funeribus præcedat et
 tiam alios quoscunque Sacerdotes
 Curatos.

§. CXXXI.

*Scriptorum Catholicorum decessus
 opera.*

Dupin nouv. Bibl. des Auth. Eccl. t. 17. p. 272. Alegamb. Bibl. Script. S. 3. Quorumdam Scriptorum, qui hoc
 no obiere, opera recensere ex
 dit, atque inter ceteros primo
 mendatur Didacus Antonius Ur
 gotus Balbastrensis Episcopus, qui
 steris reliquit tractatum de competen
 tiis jurisdictionis inter Curiam Ec
 clesiasticam, & profanam, Pastorale
 gularium, Forum conscientiarum, &
 brum de intrusione. II. Didacus
 senus Ord. S. Basilii edidit quadraginta
 volumina Sermonum, Historiam
 hæ, Isacci, Jacobi & Joannis
 gelistæ, præter fasciculum conceptuum
 III. Fortunius Licetus scripsit de
 fers.

stiris, de immortalitate animæ, de lucernis & antiquis annulis, necnon de fluminum natura. IV. Hieronymus Coppola Clericus Regularis edidit sermones de Deiparæ privilegiis, de Puritate ejusdem, necnon Biblia Mariana, quæ tamen morte præventus absolvere haud poterat. V. Hieronymus Bignon, qui decimo ætatis suæ anno elucubravit descriptionem Terræ Sanctæ, & tertio post anno antiquitates Romanas, & biennio post tractatum de electione Pontificum, & de excellentia Regum Franciæ contra Didacum Valdez præter annotationes in Marculfum. VI. Ignatius Derkennis Jesuita, scripsit positiones de Deo, Eucharistia, gratia, libero arbitrio, & prædestinatione, contra Jansenium. VII. Paulus Oliva ejusdem Societatis Generalis edidit Conciones plurimas, & commentarios in Genesin & Cantica præter epistolas Pastorales ad suos Socios. VIII. Eduardus Knox seu Knottus itidem Socius, qui tamen vero nomine vocatus Matthias Wilsonus, sub ementito nomine Nicolai Smithei edidit discussionem assertionum Kellisonii, qua in suo de Ecclesiastica Hierarchia tractatu probare conatur. Jam supra de famosa ejus contentione mentionem fecimus. Scripsit *Vid. l. 106. etiam charitatem propugnata a Ca-S. 89. p. 642.*

tholi-

æc. XVII.
A. C. 1656.

Sæc. XVII. tholicis contra Potterum & infidelitatem dejectam contra Clingworthium
 A. C. 1656.

IX. Maximilianus Sandæus Jesuita, publici juris fecit decem centurias de Christo crucifixo, Platonem, Jureconsultum, & Medicum Christianum præter alia quamplurima. X. Hilarius S. Anastasio, qui ex Canonico Regulari ad S. Crucem Augustæ factus Carmelita Excalceatus, dum adhuc inter Canonicos degebat, quamplurima Augustanis literis excusa posteritati reliquit, & quidem suum Thaumaturgum Eucharisticum, Cœnam Domini una, & utraque specie Acatholicis Augustanis oblatam, Assecurationem cautelarem conscientia hæreticorum in puncto Reformationis Augustanæ sub Ferdinando II. Cæsare, Patronum Beatorum, seu Catholicam defensionem articuli de invocatione Sanctorum contra eosdem, responsionem ad quatuor difficultates, quibus Acatholica fide veti absterreri videntur, Catechismum poenitentia, Pallium tutelare, veterum Catholicorum pietatem erga Deiparam & alia nonnulla. Edidit Carmelita Discalceatus rationem initam prisca dei circa præcipuas Catholicorum hæreticorum controversias, de Christianæ juventutis institutione, Catechismum Poenitentia recognitum, & octies editum, semitam Catholicæ Religionis

ligionis, Archimedes Christianum, Sæc. XVII. A. C. 1656.
 Perspicilia Catholicæ veritatis, Divisionem lucis a tenebris, lucifugam hæreticum, comitia Parthenica, Promontorium bonæ spei, seu artem bene moriendi, Achatem Christianum & alia nonnulla.

§. CXXXII.

Scriptores A catholici hoc anno defuncti.

Ex Scriptoribus A catholicis hoc anno Weisman.
 denatis celebriores sunt. I. Justus Intro. in hist.
 Feurbornius, cujus contentiones cum p. 1131.
 Tubinganis habitas jam supra recensui. Vid. supra
 mus. Scripsit Kenosigraphiam Christi- l. 193. §. 97.
 stologicam, epitomen errorum Calvi- t. 57. p. 314.
 nianorum, expositionem epistolæ ad Freher.
 Galatas & ad Romanos præter plura Theatr.
 alia. II. Salomon Glassius, qui scri- erud.
 ptum edidit circa controversias Helm-
 stadiensium & Wittebergensium præter
 libros quinque Philologiæ Sacræ, ono-
 matologiam Messiæ, exegesi Evangelicorum, & selecta Scripturæ Mosaicæ & Davidicæ. III. Hartmanus Creidius scripsit meditationes in epistolas Dominicales, Postillam Evangelicam, & Epistolicam, Talæpotiam Divitum, Ideam mundi &c. IV. Georgius Calixtus, qui tam Thorunensi, quam Rheinfeliano colloquio interfuit, sed exigam ubique laudem reportavit. Edidit